

## EKSAMEN I LAT2403 Romerske historieskrivere HØST 2016

Oppgaven består av 2 sider.

Tirsdag 6. desember (4 timer)

**Ingen hjelpemidler**

Alle spørsmål skal besvares

### Oppgave 1

a. Oversett til norsk fra *Bellum Catilinae* kapittel 20:

"Ni virtus fidesque vostra satis spectata mihi forent, nequiquam opportuna res cecidisset; spes magna, dominatio in manibus frustra fuissent, neque ego per ignaviam aut vana ingenia incerta pro certis captarem. Sed quia multis et magnis tempestatibus vos cognovi fortis fidosque mihi, eo animus ausus est maxumum atque pulcherrumum facinus incipere, simul quia vobis eadem quae mihi bona malaque esse intellexi: nam idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est.

Sed ego quae mente agitavi omnes iam antea divorsi audistis. Ceterum mihi in dies magis animus accenditur, cum considero quae condicio vitae futura sit, nisi nosmet ipsi vindicamus in libertatem. Nam postquam res publica in paucorum potentium ius atque dicionem concessit, semper illis reges, tetrarchae vectigales esse, populi, nationes stipendia pendere; ceteri omnes, strenui, boni, nobiles atque ignobiles, volgus fuimus sine gratia, sine auctoritate, eis obnoxii quibus, si res publica valeret, formidini essemus. Itaque omnis gratia, potentia, honos, divitiae apud illos sunt aut ubi illi volunt; nobis reliquere repulsas, pericula, iudicia, egestatem. Quae quousque tandem patiemini, o fortissimi viri? Nonne emori per virtutem praestat quam vitam miseram atque inhonestam, ubi alienae superbiae ludibrio fueris, per dedecus amittere? Verum enim vero, pro deum atque hominum fidem, victoria in manu nobis est. Viget aetas, animus valet; contra illis annis atque divitiis omnia consenuerunt. Tantum modo incepto opus est; cetera res expediet."



KANDIDATEN BES SKRIVE TYDELIG MED PENN

b. Bestem formen og beskriv bruken av de understrekede ordene og uttrykkene i teksten (*spectata forent, mihi, fortis, pendere, relinquere, ludibrio, fueris, deum, fidem*).

## Oppgave 2

Gi en beskrivelse av Sallusts språk og stil. Illustrér gjerne med eksempler fra utdraget ovenfor.